DEMOSTHENIS ORATIONES

PRO MEGALOPOLITIS

ET

PRO RHODIORUM LIBERTATE.

ILLUSTRAVIT

CAROLUS AUGUSTUS RUEDIGER.

ACCEDIT VARIETAS LECTIONIS E COD. DRESD. ET UTRAQUE ALD. ENOTATA.

LIPSIAE,
PROSTAT APUD A. EDELMANNUM
BIBLIOPOLAM UNIVERSITATIS.
MDCCCLXV.

PRAEFATIO.

In orationibus Demosthenis de re publica eas, quas pro Megalopolitis et pro Rhodiorum libertate et hoc quidem ordine habuit, quem etiam codex Dresd. servat, accurata lectione acrique studio dignissimas esse, quivis concedet qui eas legerit*). Ad quam rem quum editione opus esse videatur**), quae viam muniat, rem ita institui, ut fere eandem rationem, quam in ed. III. Philipp. Vol. I. (Lips. 1848), sequerer, nisi quod in adnotatione critica et exegetica brevior fui. Parui codici praestantissimo Σ, cujus pauca vitia me non latent, et varietatem lectionum, quas Imm. Bekkerus (1854), G. Dindorfius (1855), Voemelius (1857) et Turicenses (1843) recepere, apposui. Quibus in locis id non factum est, in iis consentio cum his editoribus, qui omnes auctoritatem illius codicis plus minusve tenuerunt. Qui quum sibi non constet in *ἐκεῖνος* et *κεῖνος*, in *ἐθέλειν* et *θέλειν* post monophthongos, mediam cum G. Dindorfio (ed. min. I. p. IV.)

*) A. G. Becker (Dem. als Redner u. Staatsm.) p. 256 haec: diese beiden Reden sind zwei der trefflichsten in den Werken des Redners, et p. 263: mögen sie den Sinn für Wahrheit, der sich so deutlich in ihnen ausspricht, auch in dem Jünglinge beleben!

**) Imprimis laudandus est J. Th. Voemelius, qui in editionem „Demosthenis Contiones. Hal. 1857" utramque nostram orationem p. 813—865 recepit et illam Prolegomenis Gramm. et Crit. vere ornavit. Zeits. f. Gymnasw. Vol. XII p. 500 sqq. Matthiae Megalopolitanam, acute illustratam, inseruit libro: Griechisches Lesebuch (1835) p. 209—226.

inii viam coronidem adhibens, quam Voemelius meus omisit*). Idem ille liber quum plerumque *οἶμαι*, non *οἴομαι* praebeat, formam bisyllabam praetuli, pressi autem ejus vestigia in *ἑαυτῶν* et *αὑτῶν*, *ἐὰν* et *ἂν* cum Dindorfio ed. min. 2. p. XVI et XVIII, porro in defendenda lectione Megalop. § 7 *ἀντιπαραταξαμένους* contra omnes editores. Ibidem § 11 habet Σ *νῦν ἐπ' αὐτοὺς ἐχθρούς*, equidem cum vulg. et edd. scripsi *ἐπ' αὐτὸν* sc. *Ὠρωπόν*. At quoniam, quod sero intellexi, Bodlejanus confirmat Parisinum, pluralis praeferendus videtur, sc. incolae Oropi. Lectiones autem pr. Σ notatas etiamnum repudiandas censeo. In addenda litt. parag. N et in apostrophi usu libros cum Bekkero sequutus sum memor verborum Voemelii p. 3: „fortasse veteres omnino scribebant litteras, quas pronuntiando omittere solebant." Idem Vir Doctissimus nuper in ed. Dem. de Cor. et F. Leg. p. XXII seqq. exempla plenae scriptionis in Σ prodidit.

Codicis Dresdensis et passim Bodlejani varietatem, ac discrepantiam utriusque Aldinae in eorum usum addidi, qui talia curant.

Rerum iamiam, quae vel ante Demosthenem vel ipsius aetate gestae sunt, quum saepe mentionem faciat, eas ex ipsis fontibus et in Prolegomenis et in Commentariis historicis exposui.

Oratoris denique verba eorumque structuras ad leges grammaticas a C. G. Krügero sagacissime propositas revocavi. Ex hac mea qualicunque opera lectores speratam percipiant utilitatem vehementer opto.

Dresdae prid. Kal. Octbr. MDCCCLXIV.

---

*) Prol. Gr. § 11 et 12. Ruediger Lect. Dem. Spec. I. p. 13. Benseler ad Isocrat. Areopag. p. 257 sq. De Homerico *κεῖνος* nuper disputavit Bekker, Homer. Blätter. Bonn 1863. p. 154.

Demosthenis Orationes:

1. PRO MEGALOPOLITIS (XVI):

2. PRO RHODIORUM LIBERTATE (XV):

Index graecus.

Index latinus.

PROLEGOMENA

in Demosthenis Orationem pro Megalopolitis.

Megalopolis — ἡ *Μεγάλη πόλις* — non solum 1
Arcadicarum, sed etiam Graecarum urbium recentissima Ol. 102, 2 (371) jubente Epaminonda (Pausan. VIII, 27, 1. 2), qui Pammenem cum mille Thebanis miserat, ab Arcadum convenis — Xenoph. Hellen. VI, 5, 6: *ἐπὶ τὸ συνιέναι πᾶν τὸ Ἀρκαδικόν* —, qui e triginta septem vel quadraginta vicis confluxerant, in Arcadia ad Helissum condi et a Lycomede, Tegeata, constitui coepta est [1]). In hanc rem conferendus est Diod. Sic., qui XV, 59 haec habet: *Λυκομήδης ὁ Τεγεάτης ἔπεισε τοὺς Ἀρκάδας εἰς μίαν συντέλειαν ταχθῆναι καὶ κοινὴν ἔχειν σύνοδον συνεστῶσαν ἐξ ἀνδρῶν μυρίων, καὶ τούτους ἐξουσίαν ἔχειν περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης βουλεύεσθαι.* Ex hac *συντελείᾳ* ipsa urbs, cujus circuitus quinquaginta stadia patebat, Ol. 103, 1 (368) orta et regio Megalopolitis dicta est; nam idem scriptor ibid. c. 72 fin. dicit: *οἱ Ἀρκάδες φοβηθέντες τὰς τῶν Λακεδαμονίων εἰςβολὰς ἔκτισαν ἐπί τινος ἐπικαίρου τόπου τὴν Μεγάλην πόλιν, συῤῥίψαντες εἰς αὐτὴν κώμας τετταράκοντα τῶν Μαιναλίων καὶ Παῤῥασίων* [2]).

1) Wachsmuth Hell. Alterthumsk. I p. 725. E. Curtius der Peloponnesos (Goth. 1851) I p. 177.

2) Curtius l. l. p. 282: „Megalopolis beherrschte die in der Niederung sich kreuzenden Strassen, es gab den kampflustigen Bürgern Gelegenheit zu Streifereien auf lak. Gebiet u. war für grössere Unternehmungen gegen Sparta ein auserwählter

Diodorus autem vocat locum opportunum reique agendae idoneum: ita enim situs erat, ut incolae impetus et maleficia Lacedaemoniorum propulsare possent, id quod confirmat Schol. apud Dindf. Vol. V p. 246: *ὥςε ὁρμητήριον εἶναι κατὰ τῶν Λακεδαιμονίων*. Illi autem *μύριοι*, quorum etiam Demosth. XIX, 11 et 198 mentionem fecit, erant concilium Arcadicum, a quibus respublica pendebat[3]).

2 Hanc urbem, specie oblongam, cujus aedificia et templa praeeunte Pausania VIII, 27. 31—34 cum Rossio accurate descripsit E. Curtius[4]), Spartanis, Peloponnesi imperium sibi vindicantibus, molestissimam fuisse, facile est ad intelligendum. Etenim rex horum Archidamus III (361—338) nihil prius habuit quam ut patriae clade Mantinica adflictissimae decus et opes restitueret. Jam Thebanis bello sacro implicatis Lacedaemonii freti foedere cum Atheniensibus olim facto (Diod. Sic. XV, 67, adnot. ad Liban. Argum. h. or. § 1) Messeniis Ol. 106, 2 arma intulerunt. Hi ab Atheniensibus auxilium petunt, quod illi recusant respondentes, se nullo modo in Laconum fines irrupturos esse, sin Messeniis hi vim inferant, opem laturos[5]). Lacedaemonii autem, qua erant invidia, Megalopoli imminuere Ol. 106, 4, ita ut Megalopolitae legatos Athenas opem imploratum mitterent. Venerunt eodem legati Lacedaemoniorum, ut Schol. verbis utar, *ἀξιοῦντες μᾶλλον αὐτοῖς ὡς συμμάχοις προςτίθεσθαι*, unde contra Libanium colligo, Megalopolitanos praevenisse Lacedaemoniis, qui utrum illorum iter ejusque causas cognoverint nescitur, certe

---

Waffenplatz. Die Gesammtstadt lag auf dem Boden der beiden bedeutendsten Stämme: das südliche Helissonufer gehörte den Mänaliern, das nördliche den Parrhasiern."

3) Harpocrat. s. *μύριοι*: *συνέδριον κοινὸν Ἀρκάδων ἁπάντων*. Wachsmuth H. A. I p. 282.

4) Curtius Peloponn. I p. 283—289 et 333. Ross Reisen p. 78.

5) Pausan. IV. 28, 1. Jacobs Einleit. p. 50. A. Schaefer Demosth. u. seine Zeit Lips. 1856 I p. 462.

probabile est. Jam quum Atheniensium sententiae de re proposita divisae essent, Demosthenes prodit, ut has conciliet et quid sentiat aperte dicat in oratione **pro Megalopolitis**, de cujus instituto et argumento exponam, si de rebus Megalopolitanis pauca dixero.

Oratio autem haec quo pluribus eminet virtutibus, 3
eo magis dolendum est, eam justo caruisse successu, id quod cum ex Dem. or. de Pace § 18, [6]) tum ex bello inter Lacedaemonios et Megalopolitas, quibus se Thebani adjunxerant, Ol. 107, 1 exorto colligas; Diod. Sic. XVI, 39 haec: *Λακεδαιμόνιοι πρὸς Μεγαλοπολίτας διαφερόμενοι τὴν χώραν αὐτῶν κατέδραμον Ἀρχιδάμου τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντος, οἱ δὲ Μεγαλοπολῖται παροξυνθέντες ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσι καὶ καθ᾽ ἑαυτοὺς οὐκ ὄντες ἀξιόμαχοι παρὰ τῶν συμμάχων μετεπέμψαντο βοήθειαν.* Hoc ipso autem tempore quum Philippi opes crescerent, Argivi, Messenii, Megalopolitae ad Macedonem se applicavere sperantes fore ut ipsos a Spartanis defenderet. In fide manserunt etiam Philippo mortuo, cui porticum (Pausan. VIII, 30, 3) dicaverant. Filius ejus Alexander, ut satis constat, cum Persis decertavit eosque ad internecionem devicit. Hac ipsa Macedonis absentia **Agis**, rex Lacedaemoniorum, abusus obsedit Ol. 112, 3 (330) Megalopolim, Aesch. III, 165: *Μεγάλη πόλις ἐπολιορκεῖτο καὶ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἐπίδοξος ἦν ἁλῶναι.* At Agidi non contigit [7]) ut eam expugnaret: immo Antipater, rebus in Thracia compositis, magno exercitu imminuit et Spartanos proelio ad Megalopolim fudit. Plut. Agis c. 3. Ages. c. 15. Diod Sic. XVII, 63. Curtius, de gestis Alex. VI, 1, 3: „haec victoria non Spartam modo sociosque ejus, sed etiam omnes, qui fortunam belli spectaverant, fregit. Hic fuit exitus belli,

---

6) Verba sunt haec: *εἰ Μεγαλοπολῖται καί τινες τῶν λοιπῶν Πελοποννησίων διὰ τὴν πρὸς Λακεδαιμονίους ἡμῖν ἐπικηρυκείαν ἐχθρῶς σχήσουσι κ.τ.λ.*, ad quem locum videndus Voemelius (Dem. Phil. Oratt. V Francf. 1829) p. 246.

7) A. Schaefer III p. 194.

quod repente ortum prius finitum est quam Darium Alexander apud Arbela vicit." Megalopolis jam cum maxime floruit [8]) et Alexandro aedificium, quod Pausanias (VIII, 32, 1) adhuc vidit, sacrum esse voluit. In bello autem successorum, qui *διάδοχοι* vocantur, quum Megalopolis a Cassandri partibus staret, a Polysperchonte summa vi oppugnata, at fortiter defensa est Ol. 115, 3 (318) Diod. Sic. XVIII, 69. 70, qui c. 72 in. scripsit: *μετὰ τὴν εὐημερίαν ταύτην οἱ Μεγαλοπολῖται ταῖς ψυχαῖς ἐθάῤῥησαν.* Ita factum videtur, ut Megalopolitae ad utramque Helissi ripam theatrum celebre, statuas, porticus et templa magnifica exstruerent. [9])

4 Haec urbs incolumis mansit usque ad aetatem Cleomenis III, regis Spartanorum, ita ut Plut. Cleom. c. 23 dicat: *ἡ Μεγάλη πόλις ἦν τότε καὶ καθ' ἑαυτὴν οὐδέν τι μείων οὐδ' ἀσθενεστέρα τῆς Λακεδαίμονος.* Ex eodem autem loco accepimus, illum regem magna Peloponnesi parte potitum repente Ol. 139, 2 (223) Megalopolim occupasse et diripuisse. Statuae et tabulae dejectae Spartam rapi, amplissimae aedes vastari, moenia subrui.[10]) Nimirum Aratus lacrimas profundens et adflictissimus causam ejus rei quaerenti respondit teste Plutarcho ibid. c. 25: *ἡ Μεγάλη πόλις ἀπόλωλεν ὑπὸ Κλεομένους.*

Megalopolitae jam, licet vehementer oppressi et perturbati, animum non dimiserunt, sed ad muros restituendos se applicavere. Qua in re quum dissiderent, Aratus (Polyb. V, 93) discordiam sustulit. Moenia vero instaurata non effugerunt invidiam Spartanorum, quorum tyrannus Nabis Ol. 144, 4 (204) in eam invasit. Plut. Philop. c. 13

---

8) E. Curtius I p. 283: „die Zeit, welche diesem ruhmvollen Kampfe folgte, war die Blüthe von Megalopolis."

9) Cfr. not. 4 et E. Curtii lineamenta urbis Megalop. ibid. p. 288. Wachsmuth H. A. II p. 480.

10) Plut. Philop c. 5 fin. Polyb. II, 55. Pausan. VIII, 27, 10. Manso Spart. III, 1 p. 329. Böckh Staatshaush. I p. 635.

tradit: *ὑπὸ Νάβιδος συντόνως οὕτως ἐπολεμήθησαν Μεγαπολῖται, ὥστε τοῖς μὲν τείχεσιν ἐνοικεῖν, σπείρειν δὲ τοὺς στενωποὺς περικεκομμένης τῆς χώρας καὶ τῶν πολεμίων σχεδὸν ἐν ταῖς πύλαις στρατοπεδευόντων.*

Philopoemenis [11]) vero auxilium quum Megalopolitani frustra implorassent, hoc mortuo 183 a. Ch. putandi sunt regem Syriae Antiochum, IV adiisse, nam Livius (41, 20) auctor est: „Megalopolitanis in Arcadia murum se circumdaturum urbi est pollicitus et majorem partem pecuniae dedit."

Jam Polybii (IX, 21) aetate, qui 120 a. Chr. decessit, 5
incolarum numerus non sufficiebat amplo urbis spatio. Ab hoc inde tempore Megalopolis ita labi coepit ut Strabo — 60 a. Ch. — VIII, 8 p. 388 narret, ejus nomen ludibrio venisse „*ἐρημία μεγάλη ἐστὶν ἡ Μεγαλόπολις*, nam *βοσκήμασίν εἰσι νομαὶ δαψιλεῖς καὶ μάλιστα ἵπποις καὶ ὄνοις ἱπποβάταις*. Pausan. VIII, 33: *κόσμον τὸν ἅπαντα καὶ εὐδαιμονίαν τὴν ἀρχαίαν ἀφῄρηται, καὶ πολλά ἐστιν αὐτῆς ἐρείπια ἐφ' ἡμῶν.*

E. Curtius I p. 178: „Die Ebene von Megalopolis, Mantinea u. Tegea ist in neuerer Zeit wieder der Mittelpunkt eines politischen Lebens geworden, während in allen andern Theilen Arkadiens Landwirthschaft und Viehzucht die vorherrschende Beschäftigung geblieben ist."

Sed ut redeam unde discessi, Demosthenes hanc orationem haud dubie habuit, antequam Lacedaemonii bellum Megalopolitis pararent. Quod quum Ol. 107, 1 (352) factum esse

11) Huic viro eximio, Megalopolitano, qui auxilium denegans (Plut. Philop. c. 13) suorum civium invidiam sibi contraxerat, tamen ut aliae Graeciae civitates (ibid. c. 21) inque primis Tegea (Pausan. VIII, 52, 3), ita Megalopolitani monumentum exstruxerunt, de quo vid. E. Curtius I p. 287. Subtiliter de Philopoemene disputavit Drumannus (Ideen zur Gesch. des Verfalls d. griech. Staaten p. 353 sqq.). Praeter Philopoemenem Megalopolis etiam Lycortam, qui post praefuit foederi Achaico, ejusque filium Polybium, historicum, peperit.

vidimus, Dionys. Hal. ep. ad Amm. c. 1 p. 725 Reisk. recte tradit: *ἐπὶ Εὐδήμου* (Ol. 106, 4) *τοῦ μετὰ Διότιμον ἄρξαντος τὸν περὶ τῆς Μεγαπολιτῶν βοηθείας δημηγορικὸν ἔγραψεν, ὃν αὐτὸς ἀπήγγειλε.* Quare haec oratio [12]) Ol. 106, 4 (353) sub finem hujus anni aut Ol. 107 1 initio 352 habita est, in qua Dem. eximia sua usus arte et amore patriae permotus quinque adversariorum genera impugnans (§ 6—29) docet, neque Spartanos neque Thebanos justo potentiores fieri debere; ipse profitetur § 2: *ὁρῶ ὡς χαλεπὸν τὰ βέλτιστα λέγειν ἐστίν.*

Argumentum.[13])

I. *Exordium:* Demosthenes et eos reprehendit oratores, qui in utramque partem dissident, et se profitetur utilissima suasurum (§ 1—3)

II. *Propositio:* neque Thebanos neque Lacedaemonios ad potentiam majorem admittendos et Athenienses in tuto collocandos esse (§ 4—5)

III. *Refutatio* est quincuplex et pertinet 1. ad eos, quibus terribile videtur, Athenienses stare pro iis, contra quos, et adversus eos, pro quibus ad Mantineam pugnaverant (§ 6—10), 2. ad eos, qui ad Oropum recipiendam Lacedaemoniorum ope Athenas carere posse negabant (§

12) Clinton Fast. Hellen. p. 141.

13) Contuli Scholiastam (ed. Wolf p. 159, Dindf. V, 246), Lucchesinium p. 213 - 216 ed. Rom. copiose disputantem, et Rankeum in Encyclop. XXIV, 103 et praeter Flatheum (Gesch. Maced. I p. 158), Winiewskium (Comment. hist. et chronol. p. 149), Brücknerum (König Philipp. p. 77), inprimis Jacobsium (Dem. Staatsr. übers. p. 42—50), A. G. Beckerum (Dem. als Redner u. Staatsm. p. 256) et A. Schaeferum (l. c. I p. 462—470) subtiliter disserentes.

11—13), 3. ad eos, qui α) Urbem inconstantiae et perfidiae accusant (§ 14—18), β) Megalopolitis diffidunt (§ 19—22), 4. ad utrosque, qui se vel Thebanos vel Lacedaemonios odisse dictitant (§ 23—26), 5. ad eos, qui columnas cum Thebanis erectas a Megalopolitis tolli volunt (§ 27—29).

IV. *Peroratio:* Megalopolitas ergo ab Atheniensibus esse servandos, nec omnino imbecilliorem potentiori objiciendum (§ 30—32).

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

ΥΠΕΡ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΩΝ.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ὅτε Λακεδαιμόνιοι νικηθέντες ὑπὸ Θηβαίων ἐν Λεύκ- Reisk. 201
τροις τῆς Βοιωτίας εἰς κίνδυνον μέγαν κατέστησαν, ἀποστάν-
των Ἀρκάδων καὶ προσθεμένων τοῖς Θηβαίοις, Ἀθηναῖοι
2 *σύμμαχοι Λακεδαιμονίοις γενόμενοι διέσωσαν αὐτούς. ὕϛερον*
δὲ Λακεδαιμόνιοι τῶν κινδύνων ἀπαλλαγέντες καὶ προϊόντες
εἰς δύναμιν ἐπὶ Μεγάλην πόλιν τῆς Ἀρκαδίας ἤρχοντο, καὶ

---

§ **3**, 3. *ἀναιρεθεῖσαν hanc H. Wolfii conjecturam, ab edd. nunc receptam ipse suadet Orator* §4. 25. 26. *Vulg. αἱρεθεῖσαν.*

§ 1. *Λεύκτροις*, pugna ad Leuctram Ol. 102, 2 (371) d. VI. Jul. | *ἀποϛάντ. Ἀρκ.*, defecisse Arcades narrat Diod. Sic. XV, 62: *ἐγένετο (Ἀρκάδων) μάχη καρτερά, καθ᾽ ἣν ὁ στρατηγὸς τῶν Λακεδ. ἀνῃρέθη.* Idem addit, Arcades quum sentirent Spartanorum gravitatem, Atheniensium foedus implorasse; sed ab his repudiati *Θηβαίους ἔπεισαν συμμαχίαν συνθέσθαι κατὰ τῶν Λακεδαιμονίων.* | *Ἀθηναῖοι σύμμαχοι*, quum Arcades aliique Peloponnesii, eodem auctore, *ἔγνωσαν πᾶσαν τὴν Λακωνικὴν πορθῆσαι*, Lacedaemonii confugerunt ad Athenienses eorumque opem tandem impetrarunt, ita ut hi Iphicratem mitterent Spartam liberatum. Xen. Hell. VI, 5, 33 sqq. Vide quos confert A. Schaeferus I p. 77 n. 1.

§ 2. *ὕϛερον*, spatium est interjectum duodeviginti annorum, quum post varios casus Lacedaemonii animum viresque reciperent et Megapolim, de qua in Prolegg. dictum est, invadere constituerent. Hanc ob rem legatos miserunt Athenas, qui ipsorum

τοὺς Ἀθηναίους παρεκάλουν διὰ πρεσβείας κοινωνεῖν αὐτοῖς
3 τοῦ πολέμου. πεπόμφασι δὲ καὶ οἱ Μεγαπολῖται πρέσβεις Ἀθήναζε παρακαλοῦντες ὑπὲρ ἑαυτῶν. ὁ τοίνυν Δημοσθένης συμβουλεύει μὴ περιορᾶν ἀναιρεθεῖσαν Μεγάλην πόλιν μηδὲ εἰς ἰσχὺν προελθόντας Λακεδαιμονίους, συμφέρειν λέγων τοῖς Ἀθηναίοις τὸ μὴ φοβερὰν εἶναι τὴν Λακεδαίμονα.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΛΟΓΟΣ.

Ἀμφότεροί μοι δοκοῦσιν ἁμαρτάνειν, ὦ ἄνδρες 202
Ἀθηναῖοι, καὶ οἱ τοῖς Ἀρκάσι καὶ οἱ τοῖς Λακεδαιμονίοις συνειρηκότες· ὥςπερ γὰρ ἀφ᾽ ἑκατέρων ἥκοντες, οὐχ ὑμῶν ὄντες πολῖται, πρὸς οὓς ἀμφότεροι πρεσβεύουσι, κατηγοροῦσι καὶ διαβάλλουσιν ἀλλήλους. ἣν δὲ

---

§1, 4 πρεσβεύουσι Σ, *Vulgatam* πρεσβεύονται *retin. Bk. Vid. adn.*

causam agerent, id quod patet ex orat. nostra § 1 et verbis Scholiastae p. 246, 8 Dindf. quae attuli Proleg. 2. | ἤρχοντο, Thuc. VII, 57: ἐπὶ τους ἀποίκους... ἐλθεῖν. | παρακαλεῖν, Bk. Anecd. p. 296: προτρέπειν καὶ ἱκετεύειν | κοινωνεῖν c. gen. et dat. „in partes alicujus rei vocari, an einer Sache mit Jemandem Theil nehmen." Dem. XXV, 51: οὐ φιλανθρωπίας, οὐχ ὁμιλίας οὐδεμίας οὐδενὶ κοινωνεῖ.

§ 3. Legatio Megalopolitarum videtur prior venisse quam Lacedaemoniorum. Proleg. 2. | συμβουλεύει, unde hoc dicendi genus συμβουλευτικόν dictum est. | μὴ περιορ. ἀναιρ., suadet, ne Megalopolim exscindi patiantur, cfr. § 26. | εἰς ἰσχὺν προελθ. cfr. § 5. 24.

---

§ 1. συνειρηκότες dicuntur qui aliorum causam agunt | ἀμφότεροι sc. oratores, qui quasi legationem apud Athen. obeunt i. e. πρεσβεύουσι, cfr. VIII, 37: τί οὖν πρεσβεύετε i. e. cur legati venistis? Lectio vulg. πρεσβεύονται, licet Prooem. VIII p. 1423, 25 R. servata „legatos mittunt", ab hoc loco aliena est, quoniam ἀμφότεροι non ad populos pertinet. De discrimine egerunt Thom. M. p. 737. Ammon s. v. p. 118. Cfr. Poppo ad Thuc. T. VI p. 358. Funkhaenel in Jahn. Annal. XX, p. 260.

τοῦτο μὲν τῶν ἀφιγμένων ἔργον, τὸ δὲ κοινῶς ὑπὲρ τῶν πραγμάτων λέγειν καὶ τὰ βέλτιςα ὑπὲρ ὑμῶν σκοπεῖν ἄνευ φιλονεικίας τῶν ἐνθάδε συμβουλεύειν ἀξιόυντων.
2 νῦν δ᾽ ἔγωγε, εἴ τις αὐτῶν ἀφέλοι τὸ γιγνώσκεσθαι καὶ τὸ τῇ φωνῇ λέγειν Ἀττικῶς, πολλοὺς ἂν οἶμαι τοὺς μὲν Ἀρκάδας, τοὺς δὲ Λάκωνας αὐτῶν εἶναι νομίσαι. ἐγὼ δ᾽ ὁρῶ μὲν ὡς χαλεπὸν τὰ βέλτιστα λέγειν ἐςί· συνεξηπατημένων γὰρ ὑμῶν καὶ τῶν μὲν ταυτί, τῶν δὲ ταυτὶ βουλομένων, ἄν τι μεταξύ τις ἐγχειρῇ λέγειν καὶ ὑμεῖς μὴ περιμένητε μαθεῖν, χαριεῖται μὲν οὐδετέροις,
3 διαβεβλήσεται δὲ πρὸς ἀμφοτέρους· οὐ μὴν ἀλλ᾽ αἱρήσομαι μᾶλλον αὐτός, ἂν ἄρα τοῦτο παθῶ, δοκεῖν φλυαρεῖν, ἢ παρ᾽ ἃ βέλτιστα νομίζω τῇ πόλει, προέσθαι τισὶν ὑμᾶς ἐξαπατῆσαι. τὰ μὲν οὖν ἄλλα ὕςερον, ἂν ὑμῖν βουλομένοις ᾖ, δείξω, ἀπὸ δὲ τῶν ὁμολογουμένων ὑφ᾽ ἁπάντων ἄρξομαι, ἃ κράτιστα νομίζω, διδάσκειν.

---

§ 2, 6 *βουλομένων h. l. ponunt Σ et Prooem., vulg. et Bekk. post prius ταυτί — ibid. ἄν τι Σ, ἐάν τά vulg. Bekk. Dindf.*

§ 3, 5 *δείξω Σ, λέξω vulg. Bekk. Dindf.*

| **κοινῶς**, non discedentes in hanc vel illam partem. Opponitur jam *φιλονεικία*, quae est eorum, qui pro re sua contendunt.

§ 2. **εἴ τις ἀφέλοι** sequ. *ἄν* cum inf. vid. Krüger Gr. 54, 12, 6. G. Curtius Gr. Gram. (Prag 1863), § 575. | **χαλεπὸν τὰ βέλτιςα λέγειν**, est enim molestissimum in tales adversarios incidere. Ne desideres ante *τά* articulum *τό*, quem Prooem. habent, vid. Schaef. Mel. cr. p. 81. Krüger 50, 6, 4. | **συνεξηπατημένων**, una i. e. universi per oratores decepti estis. Recurrit h. voc. XXV, 159. 160. | **μεταξύ** quod cum neutrius factionis sententia convenit cfr. § 32. | **περιμέν. μαθεῖν**, cfr. XXI, 219. XXV, 95. Krüger. 55, 3, 20. Alias interponitur *ἕως*, *μέχρι* etc. | **διαβεβλήσεται** adfert Thom. M. s. *διαβάλλειν* p. 104, 5 Rietsch.

§ 3. **ἂν ἄρα** . si quidem, rebus ita comparatis; vid. § 18. G. Curtius § 637. Krüg. 69, 8. Klotz Devar. II p. 178. **προέσθαι τισὶν** objicere quibusdam vos decipiendos | **ἂν ὑμῖν βουλομένοις ᾖ**, si vobis placuerit me audire. Extremam notionem addit Dem.

4 *Οὐκοῦν οὐδ᾽ ἂν εἷς ἀντείποι, ὡς οὐ συμφέρει τῇ πόλει καὶ Λακεδαιμονίους ἀσθενεῖς εἶναι καὶ Θηβαίους* 203 *τουτουσί. ἔστι τοίνυν ἔν τινι τοιούτῳ καιρῷ τὰ πράγματα νῦν, εἴ τι δεῖ τοῖς εἰρημένοις πολλάκις παρ᾽ ὑμῖν λόγοις τεκμήρασθαι, ὥςτε Θηβαίους μὲν Ὀρχομενοῦ καὶ Θεσπιῶν καὶ Πλαταιῶν οἰκισθεισῶν ἀσθενεῖς γενέσθαι, Λακεδαιμονίους δ᾽, εἰ ποιήσονται τὴν Ἀρκαδίαν ὑφ᾽ ἑαυτοῖς καὶ Μεγάλην πόλιν ἀναιρήσουσιν, πάλιν ἰσχυροὺς*
5 *γενήσεσθαι. σκεπτέον τοίνυν μὴ πρότερον τούςδε γενέσθαι φοβεροὺς καὶ μεγάλους ἐάσωμεν ἢ ᾽κεῖνοι μικροὶ*

---

§. 5. 2 *ἢ ᾽κεῖνοι dedi cum Dindf. secundum Lectt. Dem.* 1. *p.* 13. *Tur. et Bekk. ἐκεῖνοι, Voem. κεῖνοι, cujus vid. Prol. Gr.* § 11 p. 10.

XVIII, 11: *ἂν βουλομένοις ἀκούειν ᾖ τουτοισί*, nisi *ἀκούειν*, quod a multis libris abest, e Pseudodem. X, 46 huc devenit. Plat. Cratyl. 384 A: *εἴ σοι βουλομένῳ ἐστίν*. Sophist. 39: *ἂν ἔτι βουλομένοις ἡμῖν ᾖ*.

§ 4. *Οὐδ᾽ ἂν εἷς ἀντείποι ὡς οὐ συμφέρει* vid. ad § 14 et Isocr. VI, 48: *οὐδεὶς ἂν τολμήσειεν ἀντειπεῖν, ὡς οὐ τὴν ἐμπειρίαν ἔχομεν* | *ἀσθενεῖς*, idem sentit Dem. XXIII, 102: *ἴσθ᾽ ὅτι συμφέρει τῇ πόλει μήτε Θηβαίους μήτε Λακεδαιμονίους ἰσχύειν* | *τουτουσί*, Schaéf. refert ad viciniam, malim ad hebes ingenium, *σκαιότητα τρόπων* VI, 9 | *ἔν τινι* in hoc fere statu | *τεκμήρασθαι* cum dat. est, „ex aliqua re colligere“ XXXIV, 48: *τοῖς ἐξ ἀρχῆς ῥηθεῖσι τεκμαίρεσθαι*, cfr. Xen. Anab. IV, 2, 4. De particulae *ὥςτε* usu vid. Krüg. § 65, 3, Klotz Devar. II p. 772 et de concursu infinitivorum *γενέσθαι* et *γενήσεσθαι*, quorum ille rem certam, hic minus certam significat, Rehdantz. ad Dem. XII, 5 et Voem. Prol. § 98. Neutrum horum esse expellendum, quod quidam voluere, docet § 5. *γενόμενοι* et *γενέσθαι*. | De Orchomeno, Thespiis et Plataeis cfr. com. hist. ad h. l. | *ἰσχυρούς* „docet D., Lacedaemonem omnino convalituram, sibi si posset Arcades adjungere, qui primas post Lacedaemonem in Peloponneso obtinebant.“ Lucches.

§ 5. *σκεπτέον*, videndum est, ne opes Laced. prius augeantur quam Thebanorum vires frangantur; nam illi Megalopoli potiti ad magnam evehentur potentiam, quam Thebani tardius nan-

γενήσονται, καὶ λάθωσιν πλείονι μείζους οἱ Λακεδαιμόνιοι γενόμενοι ἢ ὅσῳ τοὺς Θηβαίους ἐλάττους συμφέρει γενέσθαι. οὐ γὰρ ἐκεῖνο γ᾽ εἴποιμεν, ὡς ἀνταλλάξασθαι βουλοίμεθα ἀντιπάλους Λακεδαιμονίους ἀντὶ Θηβαίων, οὐδὲ τοῦτ᾽ ἔσθ᾽ ὃ σπουδάζομεν, ἀλλ᾽ ὅπως μηδέτεροι δυνήσονται μηδὲν ἡμᾶς ἀδικεῖν. οὕτω γὰρ ἂν ἡμεῖς μετὰ πλείστης ἀδείας εἴημεν.

6 „Ἀλλὰ νὴ Δία ταῦτα μὲν οὕτως δεῖν ἔχειν φήσομεν, δεινὸν δ᾽ εἰ, πρὸς οὓς παρετταττόμεθα ἐν Μαντινείᾳ, τούτους συμμάχους αἱρησόμεθα, εἶτα βοηθήσομεν τούτοις ἐναντία ἐκείνοις, μεθ᾽ ὧν τότ᾽ ἐκινδυνεύομεν." καί μοι ταῦτα δοκεῖ, προσδεῖσθαι δ᾽ ἔτι τοῦ τὰ δίκαια ποιεῖν

---

§ 6, 1 *οὕτως Σ, Voem., cujus vid. Proleg. Gr.* § 25, *et quod dixi ad Dem.* I § 15 *ed.* 3.; *reliqui editt. οὕτω. Jam quum in Dem. multo rarius sit οὕτως ante consonam quam οὕτω, malim οὕτως ἔχειν δεῖν* —, 4. *ἐκείνοις vulg. Σ. Voem. Tur., ἐκείνων Bekk. Dindf. — ibid. καί μοι vulg. Σ, Prooem.* 25. *Reliqui editt. κἀμοί, inter quos vid. Dindf. Praef. p.* XIV *et Voem. Proleg.* § 15.

ciscentur, si istae urbes restituantur (*οἰκισθεισῶν*), id quod nondum factum fuisse ex h. or. § 25 apparet | *πλείονι* (multo) respondet *ὅσῳ*; Plenior forma *πλείων* potior in Demosthene, IV, 42. IX, 3. 55. XIV, 9. Benseler ad Isocr. Areop. p. 241. | *μετὰ π. ἀδείας* i. q. *ἐπ᾽ ἀδείᾳ* VIII, 13. IX, 3. Fritzsche Qu. Luc. p. 138.

§ 6. *ἀλλὰ* etc. Demosthenes impugnat primum genus adversariorum, qui terribile esse judicabant, Spartanis olim sociis arma inferre. | *Μαντινείᾳ*, in proelio Mantin., quod d. III. Jul. 362 (Ol. 104, 3) factum est, Thebani, Euboeenses, Thessali, Messenii, Argivi, Megalopolitani pugnabant contra Spartanos, Athenienses, Achaeos, Eleenses. Diod. Sic. XV, 84 sq. Xen. Hell. VII, 5, 21-25. Manso Spart. III, 1, 193. A. Schaefer III, Beil. 1 | *τούτοις* pertinet ad Megalopolitas, *ἐκείνοις* ad Lacedaemonios; de hoc dativo vid. G. Curtius § 436 b. Krüger. § 48, 13, 4. | *προσδεῖσθαι* (sc. *δοκεῖ*) secum habet utrumque genitivum *τοῦ ποιεῖν* et *ἐθελόντων*, nam utraque structura in unam coaluit, ut II, 4: *τούτων οὐχὶ νῦν ὁρῶ τὸν καιρὸν τοῦ λέγειν*, Rehdantzius recte mecum *τούτων* servavit.

7 ἐθελόντων τῶν ἑτέρων. εἰ μὲν τοίνυν ἐθελήσουσιν εἰρήνην ἅπαντες ἄγειν, οὐ βοηθήσομεν τοῖς Μεγαλοπολίταις· οὐδὲν γὰρ δεήσει· ὥστ' οὐδ' ὁτιοῦν ὑπεναντίον ἡμῖν ἔσται πρὸς τοὺς ἀντιπαραταξαμένους, σύμμαχοι δ' ἡμῖν οἱ μὲν ὑπάρχουσιν, ὥς φασιν, οἱ δὲ προσγενήσονται νυνί.
8 καὶ τί ἂν ἄλλο βουλοίμεθα; ἐὰν δ' ἀδικῶσι καὶ πολεμεῖν οἴωνται δεῖν, εἰ μὲν ὑπὲρ τούτου μόνον βουλευτέον, εἰ χρὴ Μεγάλην πόλιν ἡμᾶς προέσθαι Λακεδαιμονίοις 204
ἢ μή, δίκαιον μὲν οὔ, συγχωρῶ δ' ἔγωγ' ἐᾶσαι καὶ μηδὲν ἐναντιωθῆναι τοῖς γε τῶν αὐτῶν μετασχοῦσι κινδύνων· εἰ δ' ἅπαντες ἐπίστασθε, ὅτι, ταύτην ἂν ἕλωσιν, ἴασιν ἐπὶ Μεσσήνην, φρασάτω τίς ἐμοι τῶν νῦν χαλεπῶν τοῖς Μεγαλοπολίταις, τί τόθ' ἡμῖν συμβουλεύσει ποιεῖν.
9 ἀλλ' οὐδεὶς ἐρεῖ. καὶ μὴν πάντες ἐπίστασθε, ὡς, παραινούντων τούτων καὶ μή, βοηθητέον καὶ διὰ τοὺς

---

§ 7, 4. *ἀντιπαραταξαμένους* Σ *et Tur. Reliqui edd. συμπαραταξαμένους, vid. adnot.*

§ 8, 2. *μόνον, Dindf. ex A. dedit μόνου, quod ipse olim Lectt. Dem.* 11, 8 *suaseram; μόνον suadet* § 18. — 6. *ἕλωσιν, malim ἀνέλωσιν, cfr, Lib. Arg.* § 3.

§ 9, 1. *παραινούντων* Σ, *Tur. Voem.; καὶ παραινούντ. vulg. Bk. Dind.*

§ 7. *οὐδ' ὁτιοῦν*, ne hilum quidem | *ἡμῖν* noli aptum putare ab *ὑπεναντίον* | *ἀντιπαραταξαμένους* intellige eos, qui sibi adversam tenent aciem; distinguuntur per *οἱ μέν* i. e. Lacedaemonii et *οἱ δέ* i. e. Megalopolitani, qui legatione missa in amicitiam Atheniensium recipi volebant. Itaque lectio optimi codicis, quem sequuti sumus, minime est tentanda.

§ 8. Orator ait, Megalopolim omnino esse tuendam, ne Athenienses demum rebus Messeniorum adflictis sero intelligant opem esse ferendam. | *εἰ χρή*, de *εἰ* in interrog. indir: cum indicat. vid. Klotz Devar. II p. 508. | *ἐπὶ Μεσσήνην*, Isocrates in Archidamo hunc gravia verba facere jubet de Messena a Spartanis jure occupanda | *τῶν χαλεπ.* i. e. qui infesti sunt Megalopolitis; ad illos § 9. *τούτων* referendum est.

§ 9. *παραιν. τούτ. καὶ μή*, sive isti suadent sive non, cfr. Xen. Oec. 2, 15: *καὶ ἐλθόντος σου καὶ μὴ ὄντος παρ' ἐμοί.*

ὅρκους, οὓς ὀμωμόκαμεν Μεσσηνίοις, καὶ διὰ τὸ συμ-
φέρον εἶναι κατοικεῖσθαι ταύτην τὴν πόλιν. σκοπεῖσθε
δὴ πρὸς ὑμᾶς αὐτούς, ποτέραν τὴν ἀρχὴν καλλίονα καὶ
φιλανθρωποτέραν ποιήσεσθε τοῦ μὴ ἐπιτρέπειν ὑμᾶς
ἀδικεῖν Λακεδαιμονίοις, τὴν ὑπὲρ Μεγάλης πόλεως ἢ
10 τὴν ὑπὲρ Μεσσήνης. νῦν μέν γε βοηθεῖν δόξετε Ἀρκάσι,
καὶ τὴν εἰρήνην σπουδάζειν εἶναι βεβαίαν, ὑπὲρ ἧς
ἐκινδυνεύσατε καὶ παρετάξασθε· τότε δ' εὔδηλοι πᾶσιν
ἔσεσθε, οὐ τοῦ δικαίου μᾶλλον ἕνεκα Μεσσήνην εἶναι
βουλόμενοι ἢ τοῦ πρὸς Λακεδαιμονίους φόβου. δεῖ δὲ
σκοπεῖν καὶ πράττειν ἀεὶ τὰ δίκαια, συμπαρατηρεῖν
δ' ὅπως ἅμα καὶ συμφέροντα ἔσται ταῦτα.
11 Ἔστι τοίνυν τοιοῦτός τις λόγος παρὰ τῶν ἀντιλε-

— 6 ἐπιτρέπειν ὑμᾶς Σ. ἐπιτρέπειν Dindf..vid. Lectt. Dem. II p. 6 et adnot.

§ **10**, 6. πράττειν ἀεὶ Σ. Tur. Voem. Dindf.; ἀεὶ πράττειν vulg. et Bekk.

§ **11**, 1. τοιοῦτος, Σ Tur. Voem. Dindf., καὶ τοιοῦτος Bekk.

Nostro loco Σ prius καί omisit probante Doberenzio Obss. Dem. p. 4. | ὅρκους, Lucches. p. 222 n. 18 refert ad legationem, quam Messenii Athenas miserant opem imploratum contra Spartanos, vid Pausan. IV, 28. | κατοικεῖσθαι, expedit, Messenam ab iisdem incoli, qui eam hactenus incoluerant | σκοπεῖσθε, „cogitate utrum initium honestius futurum fit, si vos Lacedaemonios coërcetis ne injuriam inferant, hocne pro defensione Megalopolis an illud ad Messenam tuendam.“ Jam Schaeferus recte tuitus est ὑμᾶς.

§ 10. νῦν .... τότε, nunc ... tum (in dem einen, in dem andern Falle) cfr. XVIII, 195. 200 ibique Westerm., XXIV, 48. καὶ τότε est vel sic | δόξετε .... εὔδηλοι ἔσεσθε, attende discrimen horum vocabulorum, quorum utrumque ad rem suam pertinet. De attractione in altero membro, cui adhaeret βουλόμενοι Krüger § 56, 4. 7. | οὐ μᾶλλον ut Latini, non magis quam | εἶναι emphatice dictum. cfr. IX, 56: ὅτ' ἦν ἡ πόλις. | δεῖ — ταῦτα, haec sententia est medulla et cardo totius nostrae orationis.

§ 11. Ἔστι, Descendit orator ad alterum adversariorum ge-

γόντων | „ὡς κομίσασθαι τὸν Ὠρωπὸν ἡμᾶς ἐγχειρεῖν δεῖ, εἰ δὲ τοὺς βοηθήσοντας ἡμῖν νῦν ἐπ᾽ αὐτὸν ἐχθροὺς κτησόμεθα, οὐ ἕξομεν συμμάχους.“ ἐγὼ δὲ τὸ μὲν κομίσασθαι Ὠρωπὸν πειρᾶσθαι δεῖν φημι καὶ αὐτός· τὸ δ᾽ ἐχθροὺς ἡμῖν Λακεδαιμονίους ἔσεσθαι νῦν, ἐὰν ποιώμεθα συμμάχους Ἀρκάδων τοὺς βουλομένους ἡμῖν εἶναι φίλους, μόνοις οὐδ᾽ εἰπεῖν ἐξεῖναι νομίζω τοῖς πείσασιν ὑμᾶς,
12 ὅτ᾽ ἐκινδύνευον Λακεδαιμόνιοι, βοηθεῖν αὐτοῖς. οἱ γὰρ 205
ταῦτα λέγοντες ἔπεισαν ὑμᾶς, πάντων Πελοποννησίων

---

3. βοηθήσοντας. Codicis Σ lectionem βοηθήσαντας (sine ἂν), siquidem recte enotata est, non minus vitiosam habeo quam paullo post ἐπ᾽ αὐτοὺς pro ἐπ᾽ αὐτόν. Tur. βοηθήσαντας, reliqui edd. βοηθήσαντας ἂν, vid. adn. — ibid. νῦν ἐπ᾽ αὐτ. Σ et Dindf., qui olim cum Bekk. νῦν post ἐχθροὺς collocarat. Tur. et Voem. omisere. — 5. δεῖν φημι et 6. Λακεδ. ἔσεσθαι Σ et edd. praeter Bekk., qui utroque loco cum vulg. ordinem invertit. — 10. βοηθεῖν αὐτοῖς Σ, Bekk. Dindf., βοηθεῖν pr. Σ, quem Tur. et Voem. sequuti sunt.

nus, qui dicebant Oropum esse recipiendam: de hac urbe egi in com. hist. ad h. l.

§ 11. τοίνυν, quod ut § 27. μεταβατικόν est, sufficit ut particula καί non opus sit, quae § 14. locum suum tenet | βοηθήσοντας, multus de hoc loco est Voemelius Proleg. § 95. aut βοηθήσαντας ἂν (die uns geholfen haben würden) aut βοηθήσοντας (die uns helfen werden) esse scribendum. Hoc praetuli propter κτησόμεθα et ἕξομεν. Cfr. ad § 19 | τὸ μὲν κομίσασθαι — τὸ δ᾽ ἐχθροὺς ἔσεσθαι „quod quidem attinet ad Oropi recuperationem — quod autem attinet ad futuram Lacedaemoniorum in nos hostilitatem“ Schaefer. Plerique edd. (etiam Bekk. 1854) interpungunt recte post νῦν, Voemelius ante hanc voculam, ne loci sententia turbetur. Neque huic adsentior neque Dobraeo, qui νῦν deleri vult; immo hoc, et quod supra post ἡμῖν legitur, sese excipiunt | μόνοις οὐδ᾽ iis certe non licuit, qui etc. Vocabulum hujus §. extremum Voemelius non delere debebat, quum pr. Σ justa careat auctoritate, quod ostendi in Jahn Nov. Ann. Vol. 42 p. 231.

§ 12. ἔπεισαν hunc locum affert A. Schaefer. I p. 72 | πάντων Πελοπ., his verbis lucem adfert Diod. Sic. XV, 62: (οἱ Ἀρκάδες) παραλαβόντες Ἀργείους τε καὶ Ἠλείους τὸ μὲν πρῶτον προ-

ἐλθόντων ὡς ὑμᾶς καὶ μεθ᾽ ὑμῶν ἀξιούντων ἐπὶ τοὺς
Λακεδαιμονίους ἰέναι, τοὺς μὲν μὴ προςδέξασθαι (καὶ
διὰ τοῦθ᾽, ὅπερ ἦν ὑπόλοιπον αὐτοῖς, ἐπὶ Θηβαίους
ἦλθον), ὑπὲρ δὲ τῆς Λακεδαιμονίων σωτηρίας καὶ χρή-
ματ᾽ εἰςφέρειν καὶ τοῖς σώμασι κινδυνεύειν. καίτοι οὐδ᾽
ἂν ὑμεῖς ἠθελήσατε δήπου σώζειν αὐτούς, εἰ τοῦτο
προὔλεγον ὑμῖν, ὅτι σωθέντες, ἐὰν μὴ ποιεῖν ὅ τι βού-
λονται πάλιν αὐτοὺς ἐᾶτε καὶ ἀδικεῖν, οὐδεμίαν ὑμῖν
13 χάριν ἕξουσι τῆς σωτηρίας. καὶ μὴν εἰ σφόδρα ἐναν-
τίον ἐστὶ τοῖς Λακεδαιμονίων ἐπιχειρήμασι τὸ τοὺς
Ἀρκάδας ὑμᾶς συμμάχους ποιήσασθαι, προσήκει δήπου
πλείω χάριν αὐτοὺς ἔχειν ὧν ἐσώθησαν ὑφ᾽ ἡμῶν εἰς
τοὺς ἐσχάτους ἐλθόντες κινδύνους, ἢ ὧν ἀδικεῖν κωλύον-
τας νῦν ὀργίζεσθαι· ὥστε πῶς οὐ βοηθήσουσιν ἡμῖν

---

§ **12**, 4 *τοὺς μὲν vulg. Σ et edd. praeter Bekk., qui τούτους ex aliquot libris dedit. — 7. καίτοι om. Σ Tur. Voem. —*
§ **13**, 1 *εἰ σφόδρα Σ et edd. praeter Dindf., qui cum vulg. καὶ interposuit. — 3. ὑμᾶς Σ. Tur. Voem., ἡμᾶς vulg. Dindf. Bekk. —*

σβεῖς ἀπέσειλαν εἰς τὰς Ἀθήνας ἀξιοῦντες συμμαχίαν ποιήσασθαι κατὰ τῶν Σπαρτιατῶν. ὡς δ᾽ οὐδεὶς αὐτοῖς προσεῖχε, διαπρεσβευσάμενοι πρὸς τοὺς Θηβαίους ἔπεισαν αὐτοὺς συμμαχίαν συνθέσθαι κατὰ τῶν Λακεδαιμονίων | *τοὺς μὲν μὴ προςδεξ.* „Peloponnesios non in partes adsciscere.“ Quod Bekk. etiam 1854 dedit *τούτους* non spernam, nam fortius opponitur *Λακεδαιμονίων* | *Θηβαίους* cfr. § 19. Res pertinet ad Ol. 102, 4 (369) | *καίτοι* „quamquam (gleichwohl)“ ab hujus loci ratione abesse vix potest. Omissio in cod. optimo videtur e praeced. *καὶ τοῖς* orta esse. De significatione Herm. ad Vig. p. 840. | *δήπου* vid. ad § 28. | *καὶ ἀδικεῖν*, est determinatio, qualem habes § 23: *λεγόντων καὶ φασκόντων*. VI, 1: *πράττει καὶ βιάζεται.*

§ 13. *καὶ μὴν εἰ* „et sane si“ vid. Klotz Devar. II p. 651. Particulam *καὶ* post *εἰ* vulg. additam Bekk. 1854 respuit; neque ea opus est. Doberenz Obss. p. 3. | *ὧν ἐσώθησαν* i. e. *τούτων ὅτι* etc., locum hunc habent Bernh. Synt. p. 141. Krüger § 57, 10, 4. | *ὧν ..... ὀργίζεσθαι* aut propterea irasci, quod ab injuriis

ἐπ᾽ Ὠρωπόν, ἢ κάκιστοι ἀνθρώπων δόξουσιν εἶναι; μὰ τοὺς θεοὺς ἔγωγε οὐχ ὁρῶ.

14 Θαυμάζω τοίνυν καὶ τῶν λεγόντων τοῦτον τὸν λόγον, „ὡς, εἰ συμμάχους ποιησόμεθα Ἀρκάδας καὶ ταῦτα πράξομεν, μεταβάλλεσθαι δόξει καὶ οὐδὲν ἔχειν πιστὸν ἡ πόλις." ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ τοὐναντίον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. διὰ τί; ὅτι τῶν πάντων οὐδένα ἂν ἀντειπεῖν οἴομαι, ὡς οὐ καὶ Λακεδαιμονίους καὶ πρότερον Θηβαίους καὶ τὸ τελευταῖον Εὐβοέας ἔσωσεν ἡ πόλις καὶ μετὰ ταῦτα συμμάχους ἐποιήσατο ἕν τι καὶ τὸ αὐτὸ βουλο-

---

§ **14**, 6. *οἴομαι vulg. et Σ, οἶμαι Bekk. Tur. Dindf.* — 7. *Εὐβοέας de hac optimor. libr. scriptura, non Εὐβοᾶς, vid. Voemel ad Dem. Cor. (Lips. 1862) § 234.* — 8. *καὶ om pr Σ. Bekk. Tur.* — 9. *ἀεὶ Voem. uncis inclusit ob variam in codd. sedem.*

prohibentur | *πῶς οὐ*, de hac approbantis formula vid. Heindf. ad Plat. Hipp. p. 130. | *ἢ κάκιστοι* i. e. *εἰ μὴ*, alioquin, cfr. § 17 et Klotz Devar. II p. 573. Krüg. § 69, 29. „qui fieri potest, ut non sint auxiliaturi nobis ad Oropum recuperandam, sin minus, improbissimorum hominum famam sibi conciliaturi?" Engelhardt ann. crit. p. 63.

§ 14. Sequitur tertium adversariorum genus, qui Athenienses perfidiae incusant. *καὶ ταῦτα* epanaleptice dictum ut II, 15: *ὁ μὲν δόξης ἐπιθυμεῖ καὶ τοῦτο ἐζήλωκεν*, et *μεταβάλλεσθαι* de iis, qui mentem mutant, cfr. § 15. | *ἐμοὶ μὲν*, partic. *μὲν* sine *δὲ* vim habet adfirmativam (Klotz Dev. II p. 656), quae et ipsa in allocutione inest, *ὦ ἄ. Ἀθ.*, in fine subjecta; de hac exposuit Voemel. Prol. Gr. § 137. | *διὰ τί;* attende hunc Demosthenis morem semet interrogantis ubivis obvium. Weber ad Aristocr. p. 357. | *ἀντειπεῖν*, *ὡς οὐ*, de negatione post verba prohibendi *συντακτικῶς* inserta, quam ceterae linguae spernunt, cfr. § 4 et IX, 54: *οὐδ᾽ ἂν ἀρνηθεῖεν ἔνιοι, ὡς οὐκ εἰσὶ τοιοῦτοι*, ad quem loc. vid. Schaef. App. I p. 590 et Krüger. § 67, 12, 2 | *Λακεδαιμ.*, Dem. XIX, 75: *οὐδὲ γὰρ Λακεδαιμονίους διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν ποτ᾽ ἐσώσατε, οὐδὲ τοὺς καταράτους Εὐβοέας, ἀλλ᾽ ὅτι συμφέρον ἦν.* Ol. 102, 4. (369). Diod. Sic. XV, 63. | *Θηβαίους*, intellige bellum Boeotium, quo Ol. 100, 2 (379) Thebani a Lacedaemoniorum ty-

15 μένη ἀεὶ πράττειν. ἔστι δὲ τοῦτο τί; τοὺς ἀδικουμένους σώζειν. εἰ τοίνυν ταῦθ᾽ οὕτως ἔχει, οὐκέτ᾽ ἂν ἡμεῖς εἴημεν οἱ μεταβαλλόμενοι, ἀλλ᾽ οἱ μὴ ᾽θέλοντες τοῖς δι- 206
καίοις ἐμμένειν, καὶ φανήσεται τὰ πράγματα ἀεὶ διὰ τοὺς πλεονεκτεῖν βουλομένους μεταβαλλόμενα, οὐχ ἡ πόλις ἡμῶν.

16 Δοκοῦσι δέ μοι Λακεδαιμόνιοι μάλα δεινῶν ἀνθρώπων ἔργον ποιεῖν. νῦν γάρ φασιν ἐκεῖνοι δεῖν Ἠλείους τῆς Τριφυλίας τινὰ κομίσασθαι, Φλιασίους δὲ τὸ Τρικάρανον, ἄλλους δέ τινας τῶν Ἀρκάδων τὴν αὑτῶν, καὶ τὸν Ὠρωπὸν ἡμᾶς, οὐχ ἵν᾽ ἑκάστους ἡμῶν ἴδωσιν ἔχοντας τὰ αὑτῶν, οὐδ᾽ ὀλίγου δεῖ — ὀψὲ γὰρ ἂν φιλάνθρω-

---

§ 15, 3. *μὴ ᾽θέλοντες Tur*, *θέλοντες Bekk. Dind.* Voem. — 4. *ἀεὶ διὰ τοὺς Σ et edd.*, *διὰ τοὺς ἀεὶ Bekk.*

§ 16, 2. *ἀνθρώπ. ἔργ. Σ, Vulg. et Bekk. ἔργ. ἀνθρώπ.* — 6 *αὑτῶν Σ, ἑαυτῶν Bekk. et Tur.* —

rannis liberantur per Pelopidam et Athenienses Diod. S. XV, 26. Xen. Hell. V, 4, 1—12. Vide quae dixi ad Dem. II, 24 et A. Schaefer I p. 18. | *Εὐβοίας*, bello sociali exorto Ol. 105, 3. (358), alteri Thebanorum, alteri Atheniensium opem imploravere, quam laudat Dem. I, 8. IV, 17. VIII, 74. XXII, 14, cfr. Diod. S. XVI, 7. A. Schaefer. I p. 143. | *ἕν τι καὶ τὸ αὐτὸ*, unum idemque, recte Dindf. et Voem *καὶ* tuiti sunt, cfr. XXV, 65: *εἷς καὶ ὁ αὐτός*, Schaef. Mel. crit. p. 54.

§ 15. *μὴ ᾽θέλοντες*, quamquam *Σ ἐθέλοντες* habet, tamen recte Voem. Proleg. p. 13 nostram defendit lectionem. Cfr. § 24. 27. 28. | *τοῖς δικαίοις ἐμμ.*, XXXVII, 20: *τοῖς δικαίοις οὐκ ἐμμένουσιν.* Krüger § 48, 11, 1.

§ 16. *δεινῶν*, ut Orator I, 3 Philippum callidum vocat, ita h. l. Lacedaemonios, qui lite exorta inter Arcades et Eleos (Ol. 103, 4) de Triphylia, meridionali Elidis parte, quum illis vincentibus Athenienses adessent, Triphyliae aliquot loca (*τινὰ*) his restitui volebant Diod. S. XV, 77. Xen. Hell. VIII, 4, 12. Eodem hoc auctore (ibid. § 11) paullo ante (Ol. 103, 2) Phliasiorum castellum Tricaranon, quod Argivi muniverant, Phliasiis Lacedaemonii socii reddendum censebant, vid. Dindf. ad h. l.

17 ποι γένοιντο—, ἀλλ᾽ ἵνα πᾶσι δοκῶσι συμπράττειν ὅπως ἕκαστοι κομίσωνται ταῦθ᾽ ἅ φασιν αὐτῶν εἶναι, ἵν᾽, ἐπειδὰν ἴωσιν ἐπὶ Μεσσήνην αὐτοί, συστρατεύωνται πάντες αὐτοῖς οὗτοι καὶ βοηθῶσι προθύμως, ἢ δοκῶσιν ἀδικεῖν, περὶ ὧν ἔφασαν ἕκαστοι σφῶν αὐτῶν εἶναι συμψήφους λαβόντες ἐκείνους, μὴ τὴν ὁμοίαν αὐτοῖς

18 χάριν ἀποδιδόντες. ἐγὼ δὲ νομίζω τὴν πόλιν πρῶτον μὲν καὶ χωρὶς τοῦ καθυφεῖναί τινας Λακεδαιμονίοις Ἀρκάδων Ὠρωπὸν ἂν κομίσασθαι καὶ μετ᾽ ἐκείνων, ἂν τὰ δίκαια ποιεῖν ἐθέλωσι, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων τῶν οὐκ οἰομένων δεῖν Θηβαίους ἐᾶν ἔχειν τὰ ἀλλότρια. εἰ δ᾽ ἄρα τοῦτ᾽ εὔδηλον ἡμῖν γένοιτο, ὅτι μὴ Λακεδαιμονίους ἐῶντες τὴν Πελοπόννησον καταστρέψασθαι οὐχ οἷόν τ᾽ ἐσόμεθα Ὠρωπὸν λαβεῖν, αἱρετώτερον, εἰ οἷόν τ᾽ εἰπεῖν, ἡγοῦμαι τὸν Ὠρωπὸν ἐᾶν ἢ Λακεδαιμονίοις Μεσσήνην

---

§ 17, 2. ὅπως Σ, ὅπως ἂν *Dindf. Bekk.* et A. Schaefer. I p. 101. | φιλάνθρωποι γένοιντο „sero humani facti essent“, de hac aoristi vi (Bekk. olim cum vulg. γεγονότες εἶεν ediderat) vid. Krüger. § 53, 6, 6. Scriptores graeci, maxime Isocrates, certatim Lacedaemonios injustitiae incusant, vid. Jacobs Adnot. p. 66.

§ 17. ὅπως ἕκαστοι, vulg. interponitur ἂν, quod ut bene habeat (Krüger. § 54, 8, 4), tamen non necessarium et ab opt. cod. omissum est, αὐτοί Lacedaemonii ipsi i. e. proprio Marte | ἢ δοκῶσιν ἀδικεῖν „nisi videntur injuste facere, si non ei populo, quem habuere suffragatorem, parem referunt gratiam.“ De usu partic. ἢ vid. ad § 13.

§ 18. πρῶτον μὲν respondet sequenti εἰ δ᾽ ἄρα τοῦτο | καθυφεῖναι, Reiskio interprete, colludendo et connivendo alicujus libidini permittere, XIX, 6: ἐάν τις καιρὸν) καθυφῇ τοῖς ἐναντίοις καὶ προδῷ | τὰ δίκαια, de usu articuli vid. Krüger. § 50, 4 et Dem. II, 6: εἰ τὰ δίκαια πράττοντα ἑώρων αὐτὸν ηὐξημένον, unde etiam patet, ποιεῖν et πράττειν esse synonyma, cfr. ad § 30 | τῶν ἄλλων, intellige Phocenses, Thessalos, Corinthios | οὐκ οἰομένων et statim μὴ ἐῶντες Krüg. § 67, 5. G. Curt. § 618. | εἰ δ᾽ ἄρα (vid. ad § 3) γένοιτο ..... ἡγοῦμαι D. transit a re suspensa ad certam. XIV, 16: ἐὰν τοῦτ᾽ ἀποδείξητε τὸ πλῆθος, ἡγοῦμαι. E Latinis cfr.

προέσθαι καὶ Πελοπόννησον. οὐ γὰρ ἡγοῦμαι περὶ τούτου μόνον ἡμῖν εἶναι τὸν λόγον πρὸς ἐκείνους — ἀλλ' ἐάσω τό γ' ἐπελθὸν εἰπεῖν μοι, περὶ πολλῶν δ' ἂν οἶμαι κίνδυνον ἡμῖν γενέσθαι.

19 *Ἀλλὰ μὴν ἅ γέ φασι πεπρᾶχθαι διὰ Θηβαίους τοῖς* 207
Μεγαλοπολίταις ὑπεναντία πρὸς ἡμᾶς, ἄτοπον νῦν μὲν ἐν κατηγορίας μέρει ποιεῖσθαι, βουλομένων δὲ γενέσθαι φίλων αὐτῶν, ἵνα τοὐναντίον εὖ ποιῶσιν ἡμᾶς, βασκαίνειν καὶ σκοπεῖν ἐξ ὅτου τρόπου μὴ γενήσονται, καὶ μὴ γιγνώσκειν ὅτι, ὅσῳ ἂν σπουδαιοτέρους τούτους περὶ Θηβαίους γεγενημένους ἀποδείξωσι, τοσούτῳ πλείονος

---

§ **19**, 11. ὑμᾶς *etiam Bekk.* 1824, *sed* 1854 ἡμᾶς, *nisi vitium est.*

Sall. Jug. 31, 1 | περὶ τούτου μόνον non de Peloponneso sola (Schaefer malit de Oropo), sed de multis aliis rebus nobis contentionem (εἶναι λόγον) cum Lacedaemoniis esse. Post ἐκείνους Hermogenes de id. II, 7 (Rhet. Gr. III p. 346 Walz) statuit aposiopesin, qualem vide sis IV, 7. VIII, 52. IX, 35. XVIII, 3. Reliqui editores praeter Matthiam plene interpunxere | τὸ ἐπελθὸν εἰπεῖν, quod in mentem venit, dicere, I, 1: τῆς ὑμετέρας τύχης ὑπολαμβάνω ἐνίοις ἂν ἐπελθεῖν εἰπεῖν | περὶ πολλῶν, Dobraeus intelligit περὶ τῆς Ἀττικῆς, immo, ni fallor, D. ea in mente habet, quae § 20 et 21 persequitur.

§ 19. Ἀλλὰ μήν, D. pergit eosdem refutare adversarios, qui Megalopolitis infesti erant, quod hi Thebanorum causa contra Athenienses egerint | Μεγαλοπολίταις i. q. ὑπὸ Μεγαλοπ. Etenim bello Thebano Ol. 104, 3 narrat Xen. Hell. VII, 5, 5 Megalopolitas et alios Peloponnesios a Thebanorum partibus stetisse adjiciens: Μεγαλοπολῖται, καὶ εἴ τινες πόλεις διὰ τὸ σμικραί τε εἶναι καὶ ἐν μέσαις ταύταις οἰκεῖν ἠναγκάζοντο, quam quidem rem oratores contexisse videntur. A. Schaefer. I p. 72 | ἐν κατηγ. μέρει, hanc locutionem (h. l. accusationis loco) valde amat D. II, 18. III, 31. Weber ad Aristoc. p. 234 | τοὐναντίον compensantes superiorem inimicitiam | ἐξ ὅτου τρόπου, subest monente Engelh. Annot. crit. p. 12 ὅπως; de usu praep. ἐκ cfr. III, 7: ἐκ παντὸς τρόπου, XIV, 10: ἐξ ἑνὸς τρόπου | καὶ μὴ γιγν., de conjunctione ἐμφατικῶς adhibita egit Klotz Devar. II p. 637 | Θη-

*ὀργῆς αὐτοὶ δικαίως ἂν τυγχάνοιεν· εἰ τοιούτων συμ-
μάχων τὴν πόλιν, ὅτ' ἐφ' ὑμᾶς προτέρους ἦλθον ἢ
20 Θηβαίους, ἀπεστέρησαν. ἀλλ', οἶμαι, ταῦτα μέν ἐστι
δεύτερον ἀνθρώπων βουλομένων ἑτέρων ποιῆσαι τού-
τους συμμάχους, ἐγὼ δ' οἶδα, ὅσα ἂν ἐκ λογισμοῦ σκο-
πῶν τις εἰκάσαι — καὶ τοὺς πολλοὺς οἶμαι ὑμῶν ἐμοὶ
ταὐτὰ φήσειν —, ὅτι, εἰ λήψονται Μεγάλην πόλιν Λα-
κεδαιμόνιοι, κινδυνεύσει Μεσσήνη· εἰ δὲ ταύτην λήψον-
21 ται, φημὶ ἡμᾶς ἔσεσθαι συμμάχους Θηβαίων. πολὺ δὲ
κάλλιον καὶ ἄμεινον τὴν μὲν Θηβαίων συμμαχίαν αὐτοὺς
παραλαβεῖν, τῇ δὲ Λακεδαιμονίων πλεονεξίᾳ μὴ ἐπι-
τρέψαι, ἢ νῦν ὀκνοῦντας μὴ τοὺς Θηβαίων σώσωμεν
συμμάχους, τούτους μὲν προέσθαι, πάλιν δὲ σώζειν
αὐτοὺς τοὺς Θηβαίους καὶ προςέτι ἐν φόβῳ καθεστάναι
22 περὶ ἡμῶν αὐτῶν. οὐ γὰρ ἔγωγ' ἀδεὲς τοῦθ' ὑπο-
λαμβάνω τῇ πόλει, τὸ λαβεῖν Μεγάλην πόλιν Λακε-*

---

§ **20**, 5. *ἐμοὶ ταὐτὰ φήσειν Σ, ἐμοὶ om. Dindf., φῆσαι habent Tur. et Bekk. — 7. ἡμᾶς Σ, ὑμᾶς Bekk.*

βαίους i. e. *ἐπὶ Θηβ.* vid. § 12. | *εἰ τοιούτ., εἰ* est sumentis rem faotam esse quae iam facta est.

§ 20. *ταῦτα μέν ἐστι*, hoc est eorum, qui iterum conantur hos (Megalopolitas) a societate vestra ad aliorum (Thebanorum) avertere | *τοὺς πολλοὺς* h. l. non est *τὸν δῆμον*, sed plerosque. XIX, 9: *οἶδ' ὅτι τοὺς πολλοὺς ἔταξεν Αἰσχίνης* | *φημὶ ...... Θηβαίων* „innuit Thebanos daturos operam, ut Thebanos internecione deleant idque prohibituros Athenienses“ H. Wolf.

§ 21. *αὐτοὺς* ante *παραλ.* est sua sponte, Herm. ad Vig. p.733. Haec significatio paullum differt ab ea, quae subest verbis sequ. *αὐτοὺς τοὺς Θηβαίους* i. e. postquam Megalopolitas deseruimus, Thebanos ipsos (unmittelbar) servabimus. | *ἐπιτρέψαι* h. l. intransitive concedere.

§ 22. *ἀδεὲς* „rarior vox h. l. passive usurpata i. q. *οὐ φοβερόν*“ Schaef. | *τοῦθ' ὑπολ. τ. π, τὸ λαβεῖν*, pronomen munit viam ad infinitivum, cui articulus praepositus est. Krüg. § 57, 10, 3. D. III, 12: *τούτου μόνου — τοῦ παθεῖν ἀδικῶς*, ubi recte Rehdtz. articulum servavit; at hunc abesse possc docet IX, 23:

δαιμονίους καὶ πάλιν γενέσθαι μεγάλους. ὁρῶ γὰρ αὐτοὺς καὶ νῦν οὐχ ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν τι κακὸν πόλεμον αἱρουμένους, ἀλλ᾽ ὑπὲρ τοῦ κομίσασθαι τὴν πρότερον οὖσαν αὐτοῖς δύναμιν· ὧν δ᾽, ὅτ᾽ ἐκείνην εἶχον, ὠρέγοντο, ταῦθ᾽ ὑμεῖς μᾶλλον ἴσως εἰδότες ἢ ἐγὼ φοβοῖσθ᾽ ἂν εἰκότως.

23 *Ἡδέως δ᾽ ἂν πυθοίμην τῶν λεγόντων καὶ τοὺς Θηβαίους μισεῖν φασκόντων καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους,* 208
πότερα ἑκάτεροι μισοῦσιν, οὓς δὴ μισοῦσιν, ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τοῦ συμφέροντος ὑμῖν, ἢ ὑπὲρ Λακεδαιμονίων μὲν

---

§ 22, 5. *αἱρουμένους Σ, ἀραμένους Bekk. Dindf. — 5. τὴν πρότερον vulg, et edd. praeter Voemelium, qui e Σ recepit προτέραν, vid. adnot. — 6 αὐτοῖς Σ, ἑαυτοῖς Bekk. Tur. — 7. ἢ ἐγὼ libri et edd., ἢ ᾽γὼ Voem.*

§ 23, 4. *Λακεδ. μὲν, Σ,* „*hac collocatione particulae Λακ. et*

συνεχωρήθη τοῦθ᾽ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ποιεῖν etc., ita ut praeceptum Schaeferi App. I p. 561 explosum sit | *πολ. αἱρουμένους* bellum eligere, (sich für den Krieg erklären) cfr. XII, 9. XIV, 3, quo utroque loco vulgata *ἄρασθαι* cedere debet. Funkhaen. Quaest. Dem. p. 35. | *τὴν πρότερον οὖσαν*, quamquam opt. cod. *προτέραν* praebet, tamen D. non intelligit potentiam, quae prior, sed (Krüg. § 50, 8, 10) quae olim fuit et quidem, quum Spartani maximopere florerent Ol. 102, 1 (372), Diod. S. XV, 50: *Λακεδαιμονίων ἔτη σχεδὸν πεντακόσια τῆς Ἑλλάδος ἐχόντων τὴν ἡγεμονίαν.* cfr. Voemel. Prol. ad D. Phil. II. § 4. Wachsmuth H. A. I p. 251. Nolim cum Lucchesinio referre ad res Ol. 94, 1 gestas, quoniam, qui audiebant (*ὑμεῖς*), ista mala ipsi perpessi erant | *ὀρέγεσθαι*, vehementer appetere, rarior vox in prosa, recurrit in Plat. Phaed. p. 65 C.: *ὀρεγ. τοῦ ὄντος* | *ἴσως* et *εἰκότως* sibi respondent, conjunguntur XIV, 10: *εἰκότως ἂν ἴσως φανεροὶ ἐγιγνόμεθα.*

§ 23. Quartum genus est eorum, qui se et Thebanos et Lacedaemonios odisse dictitant. *ἑκάτεροι* bis dixit (cfr. VI, 5), ut alteros ab alteris distingueret, quorum illi Thebanos detrahunt, hi Spartanis favent, utrique *πέρα τοῦ καιροῦ* „ultra quod commodum est.“ Contrarium est *ἐπὶ καιροῦ* Dem. XX, 90. Vid. Thom. M. s. *καιρός* | *οὓς δὴ μισ.*, ironice hoc accipiendum esse orationis tenor do-

Θηβαίους, ὑπὲρ δὲ Θηβαίων Λακεδαιμονίους ἑκάτεροι· εἰ μὲν γὰρ ὑπὲρ ἐκείνων, οὐδετέροις ὡς μαινομένοις πείθεσθαι προςήκει· εἰ δ᾽ ὑπὲρ ὑμῶν φήσουσι, τί
24 πέρα τοῦ καιροῦ τοὺς ἑτέρους ἐπαίρουσιν; ἔστι γάρ, ἔστι Θηβαίους ταπεινοὺς ποιεῖν ἄνευ τοῦ Λακεδαιμονίους ἰσχυροὺς καθιστάναι, καὶ πολύ γε ῥᾷον· ὡς δέ, ἐγὼ πειράσομαι πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν· ἴσμεν ἅπαντες τοῦθ᾽, ὅτι τὰ μὲν δίκαια πάντες, ἐὰν καὶ μὴ βούλωνται, μέχρι τού γε αἰσχύνονται μὴ πράττειν, τοῖς δ᾽ ἀδίκοις ἐναντιοῦνται φανερῶς, ἄλλως τε κἂν τινες βλάπτωνται· καὶ τοῦτο λυμαινόμενον πάνθ᾽ εὑρήσομεν καὶ ταύτην ἀρχὴν οὖσαν πάντων τῶν κακῶν, τὸ μὴ ᾽θέλειν τὰ δίκαια
25 πράττειν ἁπλῶς. ἵνα τοίνυν μὴ τοῦτο ἐμποδὼν γένηται

Θηβ. artificiose opponuntur" Voemel. cfr. D. XVIII, 315: *τοῖς μὲν ζῶσι — τοὺς τεθνεῶτας δὲ etc., μὲν Λακεδ. Bekk. Dindf.* — § 24, 6. *τού γε, Σ sine accentu, τοῦ γε Bekk.* — 6. *ἀδίκοις Σ, ἀδικοῦσιν vulg. et Bekk.* — 8. *τοῦτο Σ, τοῦτο τὸ vulg. et Bekk.* — 9. *μὴ ᾽θέλειν dedi cum Voem., ἐθέλειν libri et edd., cfr.* § 15.

cet, Orvill. ad Char. p. 388. Krüg. §. 69, 17, 2 | *ὑπὲρ ἐκείνων*, si utrique agitant pro illis i. e. sive pro Lacedaemoniis sive pro Thebanis, neutris cedendum est.

§ 24. *πολύ γε ῥᾷον*, „orator quae vult faciliora dicit quam quae dissuadet" Engelh. *ὡς* i. q. *ὅπως* | *ἅπαντες* ab eo, quod sequitur *πάντες* differre hic locus docet, cuncti: omnes | *μέχρι τού γε*, quadamtenus, bis auf einen gewissen Punkt, 1, 7: *μέχρι του ταῦτ᾽ ἂν ἐγνωκότες ἦσαν.* | *αἰσχυν. μὴ πρ.*, hunc locum adfert. Krüg. 55. 3, 18 | *τοῖς ἀδίκοις* opponuntur *τὰ δίκαια*, „injuriis aperte adversantur." Altera lectio *ἀδικοῦσι* interpreti debetur | *καὶ τοῦτο — οὖσαν*, „hac re inveniemus omnia perdi et hoc semen esse malorum." Alii libri articulum post demonstrat. admittunt alterutro membro, alii omittunt. Jam quum in his Σ sit quumque *λυμ.* et *ἀρχὴν οὖσαν* praedicati locum teneat, cum plerisque edd. omisi. Loci § 9 *ποτέραν τὴν ἀρχὴν ποιήσεσθε* alia est ratio.

§ 25. *τοῦτο* „id est *τὸ μὴ ἐθέλειν τὰ δίκαια πράττειν* i. e. ne Thebanis tergiversandi relinquatur occasio, quo minus urbes illas instaurari sinant, si Lacedaemoniis grassandi contra Messenios

*τῷ Θηβαίους γενέσθαι μικρούς, τὰς μὲν Θεσπιὰς καὶ
